

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-222769-p0002-9

DFG

1728

1. Berolinensis, Gob. Christianus, Ordinis iuridici. --
Decimus : (eiusdem salutem dicit. (ad deputationem
solennem Corvi Friderici Knellaa invitat)
2. Chladensis, Iustus Georgius : De remuneratione
litis in causa sponsaliorum.
3. Chladensis, Iustus Georgius : De arbitrio iudicis
in communione pueris.
4. Conradi, Franciscus Carolus : De iurisprudentia
regulari Romanorum et de veterum iurisconsulto -
rum statutis circa regulare iuris. 2 exempl.
5. Krausius, Henricus Gottfr. : De eo, quod justum est circa
pecuniam publicam unde Pilkendorfus "Grotius" Gob.
6. Krausius, Ioh. Gottfr. : De pacto hereditatis romanis
civitatis, quatenus iure locum in frumentis
conformatum fieri possit?
7. Krausius, Ioh. Gottfr. : De praesumptione ex usita
et mortuis effectu.

- 8^o¹⁶ Osterheusen, Iur. Arch: De jure singulorum
a majori suffragiorum constitutio parte
excepto. 23 exempl.
9. Mencken, Gottfr. Ludovicus: Selectae forisces-
tationes . . . defendit.
10. Mencken, Gottfr. Ludovicus: Testimonia iuris.
titula feminis et febris feminis ad success-
ionem necessaria.
11. Mencken, Gottfr. Ludovicus: Testimonia pretio
ex fendo ab iobita fententia ut hestavem-
ptio.
12. Schlesmer, Frd. Phil: De moralia aestimacione
iuris
13. Steinruck, Wolf. Barth Adolph: Thesis metaphy-
sicorum de perfectione vocatae danae.
14. Spornius, Gottlieb: De prescriptione relationis
processuum secundum analogiam iuriis civilis

15. Vater, Christianus : Observations medico-practicas
selectiores de morbis complicatis et intricatis
et cumdengue diagnosticis et causam . . . crudis
forum examini subjicet.
16. Werner, Fr. Burkhard, Ord. iuridici . . . Recensus:
lectio solitaria dicit (ad Disputationem salomonem
Henrici Imhoff. Schmidii in lat.)
17. Werner, Fr. Burkhard: Recensione, in dicto
iniqua iudicis sententia absoluta et solventi
hanc competente.
18. Werner, Frans Frider: De jure simultaneae
investiturae non alienabili
19. Werner, Frans Frider: De duce aliisque
bonis constante matrimonio repetendis
20. Lüth, Chroß. Benjamin: De pulchritudine archi-
tectonica.

Werk von einem jungen
Lehrer aus der ersten Hälfte
des 19. Jahrhunderts. Es besteht
aus einer Reihe von handschriftlichen
Notizen und Skizzen, die wahrscheinlich
zur Vorbereitung eines Vorlesungskurses
oder einer Präsentation dienten. Die Notizen
sind in deutscher Sprache verfasst und
umschließen verschiedene Themen, unter
anderem:


- Eine Liste mit Begriffen und Begriffen
- Eine Tabelle mit Werten und Werten
- Eine Reihe von Formeln und Gleichungen
- Eine Reihe von Skizzen und Diagrammen
- Eine Reihe von handschriftlichen Notizen
- Eine Reihe von handschriftlichen Notizen

1
1728
ORDINIS IVRIDICI
IN
ACADEMIA VITTEMBERGENSI
H. T. DECANVS
GEBH. CHRISTIANVS
BASTINELLERVS
ICTVS

SAC. REG. MAIEST. POLON. AC PRINC.
ELECT. SAXON. A CONSILIIS AVLAE, CODICIS
PROF. PVBL. CVRIAEC PROVINC. ET SENATVS ECCLES.
ELECTOR. SAXON. ITEMQVE SCABINATVS
ASSESSOR

LECTORI SALVTEM
DICIT.

ORDINIS IURIDIICI
ACADEMIAE LITTEMBERGENSI
HISTORICAE
CHRISTIANAS
BASTINELLERAS
IUSTIAS
AC REGIMENTO AC PROLOVI AC PRINC
HIC STABONI CONVENTUS VITAE CODICIS
TYPIS ET TABLOIS RERUM HISTORICARUM
PRAESES
ASSISTENS
LEGATORI SALLUTARI
DILECT



Anifesti atque aperti iuris est,
quod, constante matrimonio,
uxor mariti, non maritus
uxoris, conditionem
sequatur, et propter matrimonii
uinculum uxor ad
mariti, non maritus ad u-
xor, trahatur domicilium, atque uxor, tan-
quam perpetua mariti socia, legibus eiusdem
ciuitatis, cuius est maritus, alligetur. l. 65. π.
de Iudic. l. 5. π. de Rit. Nupt. l. 22. §. 1. et l. fin.
§. 3. π. ad Municip. l. ult. C. de Incol. l. 13. C. de
Dignit. l. un. C. de Mulier. in quo loco. etc. Ma-
ritus enim principalior persona, immo caput
ac dominus uxorius est, et reputantur ambo
una persona, una caro, unum corpus, una
que anima. Hinc etiam uxor sub mariti ra-

X 2

diis

diis resplendere , et mariti honore erigi , ac
genere ipsius nobilitari , perhibetur . d. l. ult.
C. de Incol. l. 13. C. de Dignit. l. 10. C. de Nupt.
Nou. 22. cap. 26. Quin tamen maritus iure et
privilegio suo , quatenus hoc causam illius
propriam respicit , non uti , atque uxori aliud
domicilium , quam ipse met constituit , permit-
tere queat , nemo facile in dubium uocabit .
Cum igitur mariti successio in bona defunctae
uxoris mobilia ex legibus domicilii , quod ista
tempore mortis habuit , pendeat , siquidem in
rebus mobilibus , quod ad successionem atti-
net , iuribus loci , ubi defuncti domicilium
fuit , parendum : exoritur quaestio , an ma-
ritus , qui uxori , ut seorsim alio in loco do-
mum sibi emat , ibique perpetuo habitat , con-
cessit , post eius obitum iura huius loci , ratio-
ne successionis suae in mobiles res uxorias ,
agnoscere cogatur ? Contra maritum pu-
gnare uidetur , quod is , qui sciens prudens-
que in actum , iuri suo contrarium , consentit ,
hoc iure se abdicasse intelligatur , et renun-
ciatio censeatur abiisse in pactum , a quo
deinceps neutiquam resiliendum . At enim
uero renunciatio iuris quaesiti , quia facti est ,
non

non praesumitur, sed euidenter, siue, ut DD.
loqui amant, per probationes arctiores de-
monstrari debet, adeo, ut ne quidem ex
actu aliquo proximo inducatur renuncia-
tio, nisi de ea diserte actum sit. Ratio
habetur in promtu, quoniam scilicet renunci-
ationes continent genus quoddam donationis
et dilapidationis, nemo autem suum iactare uel-
le creditur. Vnde et renunciationes dicuntur
stricti iuris et strictae interpretationis, neque in
illis de una re ad alteram rem, neque de casu ad
casum, ualide concluditur. Ac renunciatio,
quae in uno expresso aliquid operatur, in alte-
ro non expresso nihil amplius operari debet.
Praeterea in materia renunciationis, quando
coniectura uarias in partes duci potest, illa
potius, quae minoris est damni atque incom-
modi, quam coniectura maioris praeiudicii,
adhibenda. Hisce praefectis, ex eo dun-
daxat, quod uxor praescitu et consensione ma-
riti alio in loco sibi domum comparauerit, ibi-
que ad dies uitae commorata sit, ac si maritus
simul iura huius loci pro norma futurae suae
successionis in bona uxoris mobilia approba-
uerit, inferri atque asseuerari nequit. Quod si

enim

enim uxor in mariti domo non permanet, sed
alibi separatim uiuere mauult, hoc ex multis
aliis causis, quam ut maritus respectu futurae
successionis detrimentum capiat, fieri licet.
Testatur experientia, quod subsidia uitae, ali-
bi commodius quaerenda, reditus, ad certum
percipiendi locum restricti, salutarior loci cu-
iusdam aër, parentum senectus et cura, diuersa
coniugum religio, uel religionis reformatio, et
prohibitum eius exercitium, dispar coniugum
aetas atque indeoles, aduersa unius atque
alterius ualetudo, delictum, fuga, et exilium,
mariti saeuitiae, et plura alia commoda at-
que incomoda, in causa esse possint, cur
maritum, aut uxorem, alio in loco seorsim
commorari oporteat. Et tantum saepen-
mero abest, ut alter coniux, qui domicili-
um mutare cupit, animum ad hereditatem
superstitti adimendam intendat, ut potius al-
teri coniugi, qui translationem domicilii
non impedit, opulentiores bonorum suorum
hereditatem peroptet, eumque, si ita li-
bet, hac de re reddat certiorem. Sane uxo-
ris separatio a toro et mensa mariti, quamuis
ob acerbam eius potestatem, et saeuitias, ipso-
que

que invito , decreta sit , maritum successio-
ne in bona uxoris non priuat : Ergo mul-
to minus separata uxoris habitatio , quam
maritus sponte indulget , ad uxoris heredita-
tem marito auferendam , aut imminuendam ,
sufficiet . Cum amissio et iactura heredi-
tatis legitimae res maximi sit praeiudicij , et
in singulare ac graue heredis detrimentum
uergat , specialis utique renunciatio et cer-
tioratio iuris , cui renunciatur , requiritur .
Atque , ubi haec non reperitur , ibi contra
legitimum hereditatis petitorem mini-
me pronunciandum : Sin autem talis ex-
trat , ipse renunciationis tenor omnino in-
spiciendus est , quoniam ex eo mens et in-
tentio renunciantis optime patescit , et ille ,
si clarus ac perspicuus est , finem controuer-
siae constituit . In casu huius argumenti ,
haud ita pridem ad Collegii nostri decisio-
nem allato , praeter mariti scientiam et uo-
luntatem , cum qua uxor defuncta sedem
alibi fixerat , considerandum erat , quod u-
xor statutis illius loci se adstrinxisset , at-
que in his certus succedendi modus , mari-
to minus fauorabilis , fuisse praecriptus .

Verum ,

Verum , hoc non obstante , cum uxor o-
mne illud , quod in odium mariti tendit ,
citra expressum eius consensum , frustra et
inutiliter suscipiat , superstitem maritum ad
uxoris praedefunctae hereditatem secundum
iura loci , ubi is domicilium habebat , admit-
tere , iustum et aequum uidebatur . Haec
sunt , quae more a maioribus accepto ante ,
quam officii causa de uita et studiis Nobis-
lissimi et Consultissimi Candidati nostri ,
DN. CAROLI FRIDERICI
KOEHLAV , uerba faciam , praefa-
minis loco dicere uolui , debui . Lucem Il-
le primum uidit A. C. c. 15 15 cci . die IX . Ia-
nuarii , et patriam nactus est Lipsiam , Patre
usus **FRIDERICO KOEHLAV** ,
Mercatore , Ordinisque sui tum temporis in
emporio isthoc Europae celebratissimo , quem
dicunt , Magistro : Matre uero , **DORO-**
THEA SOPHIA , ex PHARETRATINA
gente oriunda . Ipsi hi parentes amantissimi ,
quorum , iam beate defunctorum , memoriam
prolixissima adhuc pietate colit , sicut in hoc
filio ,

filio , quem Musis semel destinauerant , edu-
cando , omnem curam diligentiamque adhi-
buerunt , ita istis nihil prius , nihil fuit anti-
quius , quam ut illum a primis statim ineuntis
aetatis annis priuatorum praceptorum fidei et
industriae fingendum ac formandum traderent ,
omnibusque iis , quibus tenella haec aetas imper-
tiri debet , pietatis et doctrinae primordiis erudi-
endum curarent . Annum circiter is attigerat
nonum , cum , primis literarum domi iactis fun-
damentis , Illeburgum translatus , ducis praec-
clari , *M. Samuelis Trouitschii* , Rectoris Scho-
lae ibidem meritissimi , hinc publica , hinc pri-
uata , ad quinquennium fere , institutione im-
bueretur . Sed nec hic permanendi locus . Ille-
burgo enim , bona cum praceptoris uenia , re-
licto , Stolpa eum excepit , ubi per quatuor
integros annos priuatissima docentium cura
excultus , atque ad maiora capessenda pro-
be fuit praeparatus . Qua de causa A. C.
CIDICCCXIX. Lipsiam reuersus , in Academia
patria in album studiosorum recipiebatur . Di-
uinioribus literis , ne quid dissimuletur , parum
aberat , quin se totum consecraret . Quare
sapientiae linguarumque studio , quibus subsi-
diis et adiumentis Theologiam ualde inniti-

) X

noue-

nouerat , temporis nonnihil ac diligentiae
tribuebat. Verum iustis tandem de caussis,
aliorumque auctoritate, non certe animi in-
constantia, factum est, ut ad Themidos ca-
stra, mutato consilio, transiret, et Iuris disci-
plinae se addiceret. In hoc quidem studio-
rum genere selegit sibi Iustitiae Antistites, fa-
ma meritisque celeberrimos, duces optimos,
MENCKENIOS, RECHENBERGIOS, GLAE-
FEYOS, MASCAVIOS, quos sectaretur, quo-
rumque scholas, uix interrupto industriae or-
dine, frequentaret. Annus nunc propemo-
dum effluxerat tertius, ex quo in Academia
patria tantorum ab ore pendebat Praecepto-
rum, iurisque scientiam pro ingenii felicitate
hauriebat , cum Nostrum ingens quaedam
incepsit Vittembergae, studiorum caufa, inui-
sندae cupiditas. Abiit igitur in hunc ipsum
locum, quem adhuc maximopere ueneratur,
uelut in bonarum literarum mercaturam, ubi,
praeter meas , singulorum reliquorum Ante-
cessorum, quorum nomina famigeratissima ad-
huc florent, paelectiones summo cum fru-
ctu se audiisse non dememinit. His maxi-
mam profectuum suorum partem acceptam
refert, atque exinde se plus debere sentit,
quam

quam ut rependi a semet unquam possit. Cor-
fecto sic studiorum cursu, ante quadriennium
nomen suum inter Iuris Candidatos professus,
a Collegio nostro impetravit, ut ad primum
examen, seu tentamen, quod mos maiorum
requirit, haud difficulter admitteretur. De-
inde in numerum Aduocatorum, Regis no-
stri longe clementissimi auspiciis, rite adscitus,
Vittemberga discessit, sedem rerum suarum for-
tunarumque Wurzenae collocaturus. Ibi cau-
sis in foro perorandis omne studium, operam
omnem, omne denique tempus huicdum im-
pendit. Nunc autem Candidatus noster al-
terum examen, quod rigorosum appellant,
subiit, in eoque nobis se ita probauit, ut com-
muni concordique omnium suffragio dignus
omnino habitus sit, cui, bene merenti, sum-
mi in Vtroque Iure honores ac priuilegia
doctoralia rite conferantur. Reliquum
est, ut crastino die dissertationem inaugura-
lem de pacto hereditatis renunciatio, quate-
nus iure Saxonico in fraudem creditorum fieri
possit, sub praesidio et moderamine Viri Con-
sultissimi atque Excellentissimi, D. IO. GODO-
FREDI KRAVSII, Institutionum Imper. P. P.
Curiae Provincialis, Scabinatus, et Facultatis
Iuri-

Iuridicae Vittembergensis, Iudicij item Provincialis Inferioris Lusatiae Assessoris, Collegae ac Patroni nostri honoratissimi, publice tueatur. Atque huic actui solemni ut *Magnificus Academiae RECTOR, Illusterrimus Comes, Patres, Proceres et Ciues Academiae* interesse, eique honorifica sua praefentia ornamentum afferre ne grauentur, ea, qua decet, obseruantia et humanitate peto, contendeo, ac pro hac benevolentia singulari plurima officia paria et mutua, nomine Collegii nostri, quam religiosissime polliceor. P. P. Vittembergae die XIX. Augusti A. C.

CCCCXXIX.



VITTEMBERGAE
LITERIS GODOFREDI GAEBERDTI,

ULB Halle
003 612 635

3



Sb.

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

Inches
Centimetres



1728
1
ORDINIS IVRIDICI
IN
ACADEMIA VITTEMBERGENSI
H. T. DECANVS
**GEBH. CHRISTIANVS
BASTINELLERVS
ICTVS**
SAC. REG. MAIEST. POLON. AC PRINC.
ELECT. SAXON. A CONSILIIS AVLAE, CODICIS
PROF. PVBL. CVRIAEC PROVINC. ET SENATVS ECCLES.
ELECTOR. SAXON. ITEMQVE SCABINATVS
ASSESSOR

*LECTORI SALVTEM
DICIT.*